



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae, 1584**

**VD16 B 7375**

21. De quodam hæretico presbytero, qui in conuino consignatione ciborum præuertere volens Catholicum presbyterum, illiq[ue] illudere vtione diuina percussus interijt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

spuit quidem Arrianorum prauę sententiam voluntatem: neque enim poterat Dei & dñi patris nostri Basilię iudicium reprehendere: at tamen cordis oculis obtenebratus, stat multorum permansit obstinatus & inextinguibilis, neque se ad Dominum voluit contere, atq; tandem infelicitę pugnans, in bello reddidit spiritum, palearum flammis crematus in Tracię partibus, inde missus in poenas ignis aterni.

*Gregorius Turonensis libr. 1. de gloria martyrum cap. 80. De quodam heretico presbytero, qui in conuiuio consignatus ciborum prauertere volens Catholicorum presbyterum, illiq; illudere, ultione datus percussus, interijt.*

## CAP. XXI.

**S**emper Catholicorum inimica est heresis, & vbicunq; potuerit tendere infidelitas, non obmittit, sicut illud est, quod quodam loco factum celebre fama profert. Mulier quędam erat Catholica, habens virum hereticum, ad quam cū venisset presbyter nostrę religionis valdę Catholicus, ait mulier ad virum suum. Rogo charitatem tuam, vt pro aduentu huius sacerdotis, qui me visitare dignatus est, lætitia habeatur in domo nostra, ac præparatum dignis impendijs prandium epulemur cum eo. Promittente autem viro eius, sic se vt illa flagitabat facturum, aduenit & alius hereticorum presbyter, dixitq; vir mulier-

lieri, duplicata est hodie lætitia, eo quod sint sacerdotes vtriusque religionis in domo nostra. Discumbentibus autem ad conuiuium, vir ille cum presbytero dextræ partis cornu occupat, Catholicum ad sinistrum statuens, positaque ad lauam eius sellula in qua coniux eius resideret. Dixit vir ad presbyterum hæreticum, si consenseris dictionibus meis, exerceamus hodie cachinnum de hoc Romano presbytero, ut scilicet adposito ferculo, tu celerius signare festines. Cumque ille manum non poluerit, illo tristante nos cum lætitia comedemus cibum. Cui ille, faciam, inquit, quod præcipis. Denique veniente disco cum oleribus, signauit hæreticus, posuitque primus manum suam. Quid cernens mulier, ait, Ne feceris, quia ingratero fero iniuriam sacerdotis. Et exhibito alio cibo sumpsit Catholicus. In secundo verò & tertio ferculo similiter fecit hæreticus. Quarto autem exhibito cuius in medium sartago aduenerat, in qua compositus erat cibus ille, qui ex collisis ouis parumper mixta farina, dactylorum partibus oliuarumque rotunditatibus adsolet exornari. Festinans hæreticus, priusquam ferculum illud vel mensam tangeret, eleuata in obuiam manu, signat, statimque positum cochlearium, sumit, non intelligens an caleret, feruentemque cibum velociter inglutit. Protinus accenso pectore, esuare coepit, emissoque cum suspirio, immenso ventris strepitu, nequam spiri-

*Hæretici-  
um Catholi-  
cos Romāos  
va. isabans.*

spiritum exhalauit: ablatuſque de conuiuio locatus in tumulo, terrenæ molis congener opertus. Tunc exultans presbyter noſtræ religionis, ait, verè vltus eſt Deus ſeruos ſuos conuerſus ad virum cuius erat conuiuio: Perijt huius memoria cum ſonitu, & minus in æternum permanet. Tu verò ad quod comedam. Tunc homo ille perterritus expleto conuiuio, prouoluit ad pedes presbyteri, conuerſuſque ad fidem Catholicam, credidit cum domo ſua, qui in hac perſidia tenebatur, & multiplicata eſt lætitia, quæ prius mulier flagitauerat.

*Gregorius Turonenſis lib. 1. de gloria martyrum cap. 81. De Catholica religione per miraculum confirmata contra presbyterum Arrianum*

## CAP. XXII.

**A**rrianorum presbyter cum diacono ſtræ religionis, altercationem habens proferens contra Dei filium ac Spiritum ſanctum, vt mos eſt genti, venenolæ ſerſiones. At ille cum diu multumque nulla de fidei noſtræ ratione diſſeruiſſet, heu reticus perſidiæ obcæcatus caligine, querant vera reſpuerat, iuxta illud quia in maleuolam animam nõ introibit ſapientia, adiecit dicens. Quid longis ſermocinationum intentionibus fatigamur? factis rei veritas adprobatur, ſuccédatur igni æneus, & in ſeruenti aqua annulus cuiuſdã p̄ijciatur. Qui verò eum ex ſeruenti aqua ſuſtulerit, ille iuſtitiã cõſequi cõp̄batur.